





DISSERTATIO INAUGVRALIS MEDICA,  
DE  
**SVDORE SAN-  
GVINEO,**

QVAM,  
FAVENTE DIVINO NVMINE

ET  
GRATIOSÆ FACVLTATIS MEDICÆ CONSENSV,

PRAESIDE

**DN. D. MICHAELE ALBERTI,**

POTENTISS. REGIS BORVSSIÆ CONSILIARIO AVLICO,  
MEDICINÆ ET PHILOS. NATVRAL. PROFESSORE PV-  
BLICO ORDINARIO, ACAD. CÆSAR. NAT.  
CVRIOS. COLLEGA,

FACVLTATIS MEDICÆ DECANO SPECTATISSIMO,  
PATRONO, AC PROMOTORE SUO SUMMOPERE  
DEVENERANDO,

**PRO LICENTIA**

Summisque in arte Medica Honoribus, Insignibus ac Pri-  
vilegiis More Majorum Solenni obtinendis,

*Horis ante- & pomeridianis*

ANNO M DCC XIX. D. AVG.

Publicæ ventilationi submitter

AVCTOR & RESPONDENS

**SAMVEL Chrenfried MANITIVS,**

Nied. Oderwitz Lufatus.

---

HALE MAGDEB. Literis STEPHANI ORBANI, Acad; Typograph.



3 ANDOR...  
GIVNE

OF THE...  
LONDON

BY...  
LONDON

PRINTED...  
LONDON

BY...  
LONDON

AT THE...  
LONDON

BY...  
LONDON

BY...  
LONDON

BY...  
LONDON

BY...  
LONDON

BY...  
LONDON





V I R O  
GENEROSISSIMO & MAXIME  
STRENUO

D O M I N O  
OTTONI LVDOVICO  
a KANITZ,

TOPARCHAE in Heynewalda / Odernitz /  
Spitz Lunnersdorf / Mücka / Radischoltz & Neu-  
dorf / COPIARVM EQVESTRIVM SERENISSIMI  
& POTENTISSIMI SARMATARVM REGIS &  
ELECTORIS SAXONLÆ CHILIARCHO  
LONGE MERITISSIMO, &c.

DOMINO SVO GRATIO-  
SISSIMO,

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM

humillimo affectu vult consecratam

Samuel Ehrenfried MANITIVS.



V I R O  
MAGNIFICO, PRÆNOBILIS-  
SIMO, AMPLISSIMO atque CONSVLTISSIMO  
D O M I N O  
JOH. CHRISTIANO  
NESENO,

HÆREDITARIO in Nieder-Neu-  
nersdorf/

ICTO CONSVMMATISSIMO, SERENISSIMO AC  
POTENTISSIMO SARMATARVM REGI & ELE-  
CTORI SAXONIÆ A CONSILIIS AVLICIS ET JV-  
STITIÆ, COMITI PALATINO CAESAREO, CONSVLI  
REIPVBLICÆ ZITTAVIENSIS MERITIS INSIGNIBVS  
VNDIQAQVE FVLGENTISSIMO, & HOC  
TEMPORE FELICISSIME REGENTI &c.

MÆCENATI SVO atq; PATRONO

*submissa animi deveneratione æviternum suscipiendo,*

DISSERTATIONEM HANC INAVGVRALEM

humillimo affectu vult consecratam

Samuel Ehrenfried MANITIVS.





I. N. I.  
PROOEMIUM.

§. I.



I unquam opinio quædam in orbe literario obtinens jure applausum sibi exposcere potuit, sique unquam denominatio rei cuidam indita bene in illam quadravit, extra controversiam hanc esse putarem, qua non pauci eruditorum, quorum omnium instar mihi jam sit Joh. v. Horn hominem reddiderunt conspicuum, dum nempe μικροσκοπον eundem appellare consuevere, ut & laudatus Hornius Tractatum cum concione erudita communicavit, cui titulus μικροσκοπία. Vox equidem unica, innumera tamen ad perfectionem humanam symbola sua conferens, satis nervose & tacite quasi eloquitur. Et hoc ipsum dubio procul illi, quibus in delineanda humani corporis constitutione, vocabulo hocce uti arrisit, denotare voluerunt Autores, quis enim non conjiciat in re a tot oculatissimis Viris nomine parvi orbis insignita omnes perfectiones, mundum magis extensum explentibus creatis seorsim saltem & divisas inherentes, concentratas quasi inque agmen collectas offendi-



di? & nemo certe curatius rem pensitans spe sua hoc passu facile defraudabitur, sed potius veritatem amice habebit conspirantem.

## §. II.

Quod quo clarius evadat, operæ pretium erit singula corpora naturalia facta prius generali aliqua in certos cancellos dispositione quoad potiores suas proprietates examinare. Nullo autem sub conceptu superiori omnia corpora naturalia commodius comprehendi posse autumo, quam sub illo satis hodie divulgato & ubique fere solenni Regni triplicis: Vegetabilis Animalis & Mineralis. Quæ ad vegetabile spectant Regnum sunt omnia in penetralibus terræ radices agentia, supraque terræ superficie prominentia, cujus generis plantæ, arbores frutices, herbæ, gramina &c. hæc itaque facultatem habent connatam Nutritiam sive Vegetativam, h. e. accrescendi & in esse suo per tempus a Principio interno Activo ipsis quasi determinato permanendi, (quod etiam alii antiquiores imprimis vitam Vegetativam dicere amarunt) dum scilicet succum nutritivum e Terra ipsis advenientem ita præparat Principium Activum & adaptat, ut partibus suis constitutivis assimilari, easque si nondum ad debitam magnitudinem & extensionem pervenerint eo deducere, vel si deficere incipiant restituere queat, prius accretionis posterius nutritionis nomine venire solet. Nunc etiam Principium illud Activum (cum feminibus Vegetabilium intime conjunctum secundum ideas cuius plantæ vel herbæ proprias similem quandam, quamprimum idea istæ hætenus occultatæ a causa aliqua externa liberæ sunt & excitantur, producit, atque organis suis diversimode constructis ostendit, de quo satis erudite legi potest Dn. D. Rüdiger in Physica Divin. Libr. III. Sect. II. Cap. XV. de Plantis. Regnum sic dictum Minerale constituunt omnia illa communiter duriora concreta Salina, Terrea, Lapi-

do.



dofa, Sulphurea, quæ in mineris Terræ latent exque his effodiuntur. Hæc ab extra potius fucceffiva admotione & appofitione terrearum materiarum, quæ in illis confinuis oberrant, foliditatem & confiftentiam fuam nancifcuntur: tali autem vi feſe multiplicandi, ut Vegetabilia prædita non ſunt, cum ideis illis ſeminalibus, quæ in Vegetabilibus delitefcunt, deftituantur, ut & a poſteriori comprobatum evadit, cum nulla organa in Vegetabilibus conſpicua hic offendere liceat. Equidem Baſilius Valentinus in Tractatu, quem inſcribit *teſtes Teſtamenti & Mineralibus ſemen quoddam affingit*, aſt quid de hoc ſentiendum ſatis copioſe expreſſit Dn. D. Rüdig. in *Phyſ. Div. Libr. III. Sect. II. Cap. XIII. de Metallis & Mineralibus*. Animalia tandem bruta ad tertium Regnum Corporum naturalium pertinentia longe plures adhuc ac commemorata corpora poſſident proprietates. In hiſce enim Principium Vitale & Facultatem Vegetativam & Generativam, & Senſitivam & Locomativam & alias varias exercet, quas in præſenti prolixè enumerare conſulto ſuperſedeo, interim cui volupe fuſius de hiſce inſtrui adeat Borelli ſcriptum cui titulus de motu animalium.

§. III.

Hæc itaque ſi quis cum homine conferre fatagit ſatis dilucide & diſtincte in eo inveniet expreſſa. Præterquam enim quod ipſius Principium vitale corpus miræ ſtructure gaudentibus, quæ ſi a brutis nobilioribus referis in nullum certe corpus naturale cadit, format, ſecundum ideas in oculo delineatas connectit, inque omnibus quoad magnitudinem certam quandam definitam proportionem & Symmetriam obſervat, (quorum primum curioſe deſcripſit Kerkringius in *Ichnographia ſua*, ſecundum vero Balthazar Elsholzius in *Tractatu de Symmetria partium thoracis*, it. Spigelius in *Anat. pag. 328-342.*) etiam omnes functiones ſupra adductas in aliis corporibus na-



turalibus occurrentes exercet, & quod præcipuum, capax est recipiendi spiritum hominis rationalem atque immortalē, cui circa sublimiora varie occupato opem subministrat, cumque eo intime conjunctum nutu suo alias adhuc functiones homini soli proprias, quo risus spectant & loquela, peragit. Optimo igitur jure homo *μικρονος-μ* audit cum sit Ens respectivo perfectius.

## §. IV.

Ast nihilo secius quia perfectio humana respectiva est, multa admittit, quæ etiam imperfectionem notabilem important, quamvis enim ita fabricata sit machina humani corporis ut admirationem omnino mereatur, tantum tamen abest, ut perennem quandam durationem sperare jubeat, ut potius a variis ab extra advenientibus alterationibus partes constitutivæ in sua miscela & connexionē turbari possint, atque a se invicem secessionem concitari, quo ipso tandem Princip. Vitale insimul afficitur, a motu suo naturali in inordinatum abripitur, functiones vacillare incipiunt, verbo status p. n. introducitur.

## §. V.

Cum de statu p. n. loquor, eam ob rationem hisce duabus saltem vocibus uti libuit, quia difficillimum imo & supervacaneum foret omnes affectus enumerare velle quibus constitutio humana corrumpi potest, si autem scire cupis, modo functiones potiores e quibus reliqua sponte quasi fluunt, consideres, & deprehendes facile innumeris profecto modis illas posse vitari: mihi harum Functionum potiorum potissimum tres sunt. Necessarium ad naturam conservandam legitima assumptio, laudabilem sufficiens separatio & adaptatio vel digestio, superfluatorum & illaudabilem ordinata & proportionata excretio. Locum itaque hic inveniunt v. c. Anorexia, Bulimus, appetentia canina, Pica, Malacia, Corpulentia,

Ca-



Cachexia, Hectica, Passio Coeliaca, Diabetes, Stranguria, Miserere mei, Dysenteria tot species sudoris, de quo ultimo affectu satis curiosa legi possunt apud Borrich. Act. Hassn. Vol. I. Cap. VII. Borell. Cent. II. Observ. XXII. it. Cent. III. Observat. LVI. Hildanum Observat. LXXVII. Cent. VI.

§. VI.

Dum hic mentionem feci sudoris, memoriam subit, dubium quoddam a variis Autoribus circa hunc moveri: utrum scilicet detur sudor naturalis, an vero omnis ad statum p. n. sit relegandus? diversi diversam fovent sententiam B. Langius in Physiologia Thesi XIX. sudorem venditat pro naturali quadam functione, inde suam corroboraturus hypothesein, quia scilicet non adeo insignis M. S. commotio requiratur ad proliciendum sudorem, sed sæpe vel sola alimenta paululum acria ipsum producere posse, ut & calorem saltim externum quodammodo auctum; B. Bohnius ex adverso in suo Circulo Anatom. Physiol. statuit: Sudorem omnino ratione impetus aliquid maxime p. n. involvere: si quod mihi videtur fatendum, non minus ultimæ laudati Autoris sententiæ subscribere possum, cum enim Sudor nihil sit nisi Transpiratio insensilis, adaucta & omnes limites excedens in œconomia corporis humani p. n. non video, qua ratione inter functiones naturales ipsi sudori concedatur locus, quem potius tritum illud hic invenire possêt: omne nimium vertitur in vitium, quod propterea de insolito sudore valet: Interim meum iam non est, rem tot viris eruditissimis dubiam conficere, sufficit, quamvis incerti sint an sudor detur naturalis, certos tamen in eo esse sudorem sanguineum ad affectuum maxime p. n. censum pertinere. Idem est, quod in sequentibus pagellis pro virum modulo propius intueri induximus, faxit benignum Numen, ut feliciter eveniat!

B

§. I.



**Q**ualis proprie Sudor cruentus sit affectus, prolixo verborum apparatu exponere supervacaneum existimo, cum ex ipso nomine pateat, formalitatem eius in eo esse positam, si loco feri subtilioris sudori ordinario materiam præbentis sanguis quoad totam suam substantiam per poros cutis destillat, unde necessario color sanguini proprius rubicundus loco alius consueti plus minus ad flavum accedentis conspici debet.

## §. II.

Dari revera huiuscemodi affectum, nemo forsitan anceps hærebit, si autem præter spem exemplis rem illustratam quis desideret, audiat Marinum Barletium vitam & gesta Georgii Castrioti Scanderbeg depingentem, hic Libr. VIII. sequentia de eo refert: quod si ad manus cum hoste conferendas se composuisset, inter alia miranda mutati vultus signa multæ guttulæ sanguinæ in labro suo inferiori prominentes fuissent observatæ & hoc non tantum inter arma, sed & si in civilibus fonticam quandam causam mente revolvisset. Conf. Camerar. Hor. Subcisiv. Cent. I. Cap. LXXXII. p. 379. Sic Gallicarum rerum conditor Thuanus Libr. XI. & LXXXII. mentionem facit præfecti cuiusdam militaris ob sententiam feralem auditam sudore, cruento totum corpus perfusi potest etiam conferri Henricus ab Heer in Observ. III. item Schenklius Tom. I. Libr. III. Cap. LVII. qualem sudorem sanguinis e pedibus recenset D. D. Præses A. N. C. Cent. 3. & 4. Obs. 101.

## §. III.

Cum igitur animus sit affectum sæpius commemoratum sudorem sanguineum in pagellis hæc curatius delineare, optime hac methodo fieri posse mihi habeo persuasum, si subiecta quæ natura sua ad hunc affectum procliviora, causas genuinas ipsum producentes, modum fiendi, Signa & Symptomata examini nostro subiiciamus.

## §. IV.



Subiecta, quæ in se facilius & citius sudore cruento afficiuntur ex naturali sua constitutione optimum est cognoscere. Verum objiceret hic forsitan nonnemo: me gratis sineque ullo fundamento hoc statuere, cum jam omnibus qui vel per transennam campum Artis Salutaris introspererunt, constet, statum hominis n. & p. n. sibi e diametro esse oppositos & contrarios, adeoque etiam a neutro ad alterutrum dari connexionem; verum est Axioma suo modo, ast nihilominus in sequentibus demonstrabo, non a quibusvis difficultatibus immune adeoque etiam non universale esse. Primo si plane ineptum est a statu p. n. ad n. argumentari, atque ambos sibi invicem conferre, cur in Therapia tam proficuum imo si accurate & rationaliter procedere vis necesse est instructum esse Physiologica æque ac Pathologica, quæ ultima priorem necessario præsupponit, scientia? quod extra controversiam a nemine ægrorum salutem in consilio habente cordato negatur; secundo ipsa sic dicta constitutio naturalis & status Physiologicus ita comparatus est, ut semper semperque dispositionem quandam ad statum p. n. habeat, cum omnium hodierno ævo viventium hominum sanitas respective saltim & aliorum intuitu jure sanitas audiatur, & mox hæc mox alia functio vel adaucta, vel immutata vel abolita vel denique depravata deprehendatur, adeo, ut sanitatem proprie & absolute talem in toto orbe frustra quæras. Tertio si experientiam hoc in passu consulere non displicet, & hæc optima rei magistra evadet, plerumque enim videbimus, morbum qui hunc vel illum interdum aggreditur hominem talem esse, qui propiorum cum naturali ægri constitutione habeat connexionem.

§. V.

Huic itaque cognoscendæ, ut clarior affundatur lux,  
 B 2 &





& ostendatur generaliter constitutionem hominum singulorum, qui hinc inde morbis invaduntur cum ipsis morbis coherere, & in specie etiam illorum, qui sudore sanguineo corripuntur, pluribus demonstrare conabor. Hoc priusquam suscipiam, non abs re fore opinor in antecessum monuisse, quod vocabula Constitutio Natura & Temperamentum mihi sint Synonyma, præterea quoque sententias varias produxisse, quidque ego de ipsis statuatim exposuisse.

§. VI.

Facile confusionsi nascendæ facem præferre possunt tot distinctæ & sibi invicem sæpe plane contrariæ Autorum hypothèses de Temperamentis. Non jam attingam divisiones illas Temperamenti generaliores in Temperamentum Mixti & Viventis, Physicum & Morale, Connatum & Adscititium, sed saltem de Temperamento speciaiori in homine obvio verba faciam. Huius alii tot quot sunt individua humana distinctas quoque species afferunt, non minimo certe nisi fundamento, de quo Excellentissimus Bergerus Vitebergens. in sua Physiologia pag. 109. consuli potest; alii contra antiquiores præsertim hac ducuntur opinione, Temperamentum omnibus hominibus commune numero quadruplici fatis commode exhauriri atque adæquate, ut nimirum sit Sanguineum, Cholericum, Melanchol. & Phlegmaticum. Mihi si quid de hac divisione sentiam exponere licet, ingenue fateor me rei sufficienter esse accommodatam hæcenus credere non potuisse & quidem primo: quia Humores illi Bilis Acidum & Serum, quorum primum communiter Temperamenti Cholericæ, secundum Melancholicæ, & tertium Phlegmaticæ præsidem constituunt, quoad formalitatem suam non separatam habent a M. S. œconomiam, sed potius iisdem gaudent partibus constitutivis, quamvis postea ope peculiarium functionum, quæ secretionum nomine venire so-



folent, magis collecti in ductibus suis & vasis appareant, quomodo itaque distinctam mixtionem vel constitutionem in hoc vel illo Subiecto non ab universa M. S. dependentem efficere valent? & quomodo hinc Temperamentum Sanguineum ab ipsis diversum? tantum aberit, ut potius hoc modo convenientius adhuc sit omnibus in universum commune quoddam affingere videlicet Sanguineum, quia Humores illi, qui tria Temperamenta constituere perhibentur extra dubium ad M. S. in esse suo constituendam faciunt: secundo in divisione hoc mihi videtur desiderandum: quod non omnia essentialia Temperamenti generaliter considerati exprimat. Corpus humanum ex 2. Elementis vel Principiis primariis compactum est altero active, altero passive sese habente; in illis autem terminis respicitur tantummodo ad partes Constitutivas Principii Passivi, quorsum imprimis Humores spectant motu suo in crasi naturali conservet. Ut itaque utriusque Principii in divisione Temperamenti generalis habeatur ratio, licebit tres facere species, quarum prima Temperamentum magis Moderatum, secunda magis Acceleratum, tertia magis Retardatum designat.

## §. VII.

Scire si quis cupidus sit trium horum Temperamentorum formalitatem, pro virili mea omnia explanabo. Temperamentum nimirum magis Moderatum est: si inter Principium Activum & partes Constitutivas Principii Passivi talis est proportionata mixtura, ut Principium Activum eas in debita unione conservare, atque etiam motum magis placidum & moderatum instituire valeat, & hoc etiam sanitati maxime est conveniens: Temperamentum ex adverso magis Acceleratum est, si in partibus Principii Passivi constitutivis quaedam præ aliis abundant,



Principio Activo semper ad motum magis acceleratum ansam suppeditantes, quorum partes Salinæ vel simpliciores vel cum Sulphureis in majori gradu commixtæ trahendæ: Temperamentum tandem magis Retardatum est: si in Principio Passivo tales alias superant partes, quæ Principio Activo non nisi languidiorem & magis retardatum exercere permittunt motum, ut partes Lapidosæ, aquosæ, terreae. Satis de conditione Temperamentorum, ordo nunc admonet, ut ad connexionem, quam cum morbis habeant, investigandam pedem moveamus.

§. VIII. Quoad primum itaque non datur quædam connexio inter morbos, quamdiu ita vere existit moderatum, proxime enim ad naturam sanitatis accedit; quamprimum autem a statu suo desciscit & vel in Acceleratum vel Retardatum abit, tunc semper morbi magis accelerati vel retardati, ut ita loquar, locum habebunt, v. c. deliria accelerata, mania, furor uterinus, febres ardentes, petechiales &c. verbo omnes morbi sic dicti acuti & maligni huc pertinent, e contra homines Temperamenti magis Retardati procliviores sunt ad morbos Retardatos v. c. Hydrophem, omnis generis tumores frigidos, excretiones lapidosas, deliria retardata, Hydrophobiam, Melancholiam, obstructions varias.

§. IX.

Ut nunc Subjectorum natura sua ad sudorem sanguineum magis compositorum habeamus rationem, omni certe tempore videbimus, esse illos Temperamenti magis Accelerati, cum enim sudor nil aliud sit, quam Transpiratio insensibilis adaucta & sensibilis facta, hocque ordinario prius ab homine jam Accelerati magis Temperamenti quam Retardati expectandum, etiam hic non minus locum habebit, quod porro ex enucleatione causarum magis etiam evadet perspicuum.

§. IX.



## §. X.

Causæ quas agnoscit Sudor Sanguineus, nec aliæ, nec plures erunt, quam communiter omnium & singulorum aliorum affectuum: Sunt scilicet pro communi ferme Artis Medicæ peritorum suffragio quadruplicis generis: Procatareticæ vel Proægumenæ, Remota vel Antecedens, Proxima & Occasionalis.

## §. XI.

Procatareticæ causæ sunt res omnes communiter dictæ non-Naturales stuplici numero comprehensæ Aer, esculenta & potulenta, somnus & vigiliæ, motus & quies, excrementa & retenta, pathemata animi, vel ut accuratius rem exprimam errores diversimode circa earum usum commissi, v. c. si subiecta, quorum Temperamentum jam magis Acceleratum aëri nimis calido sese exponunt, vel etiam talibus in regionibus degunt, ubi aër ob aquas salibus nimium scatentes necessario etiam acrior & asperior ut loquuntur, existit, ut incolæ locorum ad maria sitorum maximo cum incommodo experiuntur, omnino depravata hæc aëris conditio ad sudorem cruentum sensim promovendum maxime est adaptata, esculenta & potulenta non minus insigne quid conferunt ad producendum huncce affectum. Puto huc jure meritoque referenda quævis excessiva in quantitate & inepte ingesta Acida acria & aromatica, Spiritum Vini, Vinum ipsum generosius & aquam nimis Salsam menstrui loco ad præparandos cibos adhibitam, hæc omnia successive in M. S. variam Autoribus sic dictam acrimoniam generant, quæ Princip. Vitale sentiens magis magisque in motum inordinatum rapidiorem abripit, dissipationique partium sudori materiam suppeditantium fomitem hoc modo præbet. Quantam vim motus nimius externus Principio Vitali & M. S. inferre capax sit nemini certe latere posse arbitror, ut non aliter optima cum ratione conjiciendum de somno &



& vigiliis perverſe in uſum tractis, quod illi qui diuturnioribus vigiliis corpus defatigare coguntur ſatis conſtantur ſuperque. Reſtant Pathemata animi, quæ vel accelerata vel retardata ac ſub his venientia grata & ingrata tantum ac nulla alia Reſ non-Naturalis in corpus humanum obtinent imperium, cum & vitam interdum fere deſperatam revocare, interdum quoque plenarie & in momento deſtruere valeant, de qua vi operandi ſatis copioſe legi poteſt B. Langius in operum ſuorum part. III. ubi integra Diſſertatio de Mortuis ex affectibus conſcripta ſeſe conſpiciendam offert, hinc extra controverſiam eſt, cum tales mirandos effectus loco citato propoſitos præſtent pathemata animi, etiam plurimum ad ſudorem cruentum generandum facere, nimirum omnia illa Principii Vitalis motum accelerantia, cujus fortis deſiderium, deſperatio, ira &c. Tempus quamdiu cauſæ enumeratæ Procataſtice priuſquam affectus laudatus ingrediatur, anteaſſerint, deſinire haud licet, poſſunt enim per ſatis amplum etiam multorum annorum ſpatium præcedere, affectu tamen non ſtatim ſeſe manifeſtante, interdum vero forſitan paucis ante morbum ingruentem diebus vitia illa circa Reſ n. N. committuntur, morbumque quaſi comitem exoſculantur, quam differentiam inde arbitror pendere, ſi ſcilicet exceſſus non adeo enormes ſiant & etiam exulenter cauſæ Occaſionales, contingere poteſt, ut homo quamvis actu jam diverſa Humorum vitia vel aliis dicta Diſpoſitio Cacoſchymica in corpore niduletur, nihilominus non ſtatim ſentiat incommoda exin naſcentia, ſi autem exceſſus notabiliores circa R. n. N. patraſſi fuerint, & porro inopinato aliqua inſignior obveniat cauſa Occaſionalis, tunc etiam ſatis promte ſubſequi ſolet affectus. Sed ut ad alteram cauſam ex Procataſtice oriundam revertar, erit illa Antecedens vel Remota, utpote vitium aliquod Humorum; hoc ut pro varia R. n. N. adhibitarum  
con-



condicione diverſum ſemper exiſtit, ita h. l. præſertim in acrimonia ſanguinis vel abundantia partium Salinar. Acidarum & acrium vellicantium confiſtit, quæ tunc demum excitant cauſam proximam, introducendo motum Principii Activi maxime acceleratum, ſi accedit cauſa quædam Occaſionalis error ſcilicet quidam gravior circa alterutram vel etiam plures ſimul R. n. N. & imprimis Pathemata animi, quæ motum Principii Activi in ſe vitium reddunt, & occaſionem ſic ſubminiſtrant, quo & cauſa antecedens vim ſuam vehementius exercere queat. Exemplum ubi Subiectum aliquod Sudore Sanguineo pathemate animi ut cauſa occaſionali interveniente in vaſum fuit, habet B. Langius in operum ſuorum part. III. Diſſert. III. de Mortuis ex affectibus, pag. 37. ubi mentionem facit perſonæ cuiuſdam ſexus ſequioris, quæ cum in manus veniſſet militum & gladios mortem ſibi intentantes evaginos vidiffet, terrore tantopere eſſet commota, ut ſanguis per omnes cutis meatus ſudoris adinſtar guttatim penetraſſet, tamdiu donec exſanguis facta fatis conſeſſerit. Et ſic ſeriem cauſarum ſudoris ſanguinei breviter, clare tamen & diſtincte detectam eſſe opinor.

§. XII.

Ut conſiderationi Pathologicæ huius affectus maior adhuc adveniat illuſtratio, etiam modum quo cauſæ ſupra allegatæ operantur, atque ſic ſanguineam excretionem gignunt pro virili expedire tentabo. Dum ſcilicet per errores illos in uſu R. n. N. admiſſos vel Cauſas Procatareticas ſucceſſive partes Salinæ, ut cauſa anteced. exceſſive accumulatur, & abundare magis magisque incipiunt, inſimul Principium Activum ſentiens in iſtis Humoribus & fibris deliteſcens ingratis afficiunt, quapropter majori in quantitate & motu magis accelerato ad moleſtiam hancce removendam & hunc præſertim locum ubi majus tale hæret vitium affluit, tamdiu donec ultimo

C

cauſa



causa quædam Occasionalis vel in Humores vel in ipsum Principium Vitale agens motum ejus magis adhuc accelerat, quo factò non potest non subsequi notabilis *ὄγκασμος* seu ebullitio M. S. e qua partes subtiliores serosæ per glandulas subcutaneas miliaresegregantur, atque insensibiliter eliminantur, quia autem extremitates arteriolarum glandulas miliarese constituentium ab hoc M. S. impetu violento nimium quantum dilatantur, accidit, ut loco seri subtilioris sanguis quoad totam substantiam ex arteriis secernatur, & quoniam fibræ carneæ simul huic extensioni molestæ contra nitentes ope Principii Activi sese confringunt per vascula excretoria in poros cutis hiantia expellatur.

§. XIII.

Symptomata quæ supervenire possunt sudori sanguineo, varia sunt; communia ferme cuivis sudori nimio & insolito, sitis, lassitudo atque defectus virium & hic locum inveniunt, cum enim partes aquosæ, simul cum Salinis & his admixtis Sulphureis dissipantur, non potest non subsequi impedita secretio Salivæ, atque hinc sitis fatis molesta, quæ omnia conjunctam habent notabilem prostrationem virium, quia Principium Activ. cum partibus materiam sudoris sanguinei constituentibus intime mixtum simul expellitur, quod in illis Subjectis præ aliis fieri solet, in quibus jam naturaliter adest quodammodo defectus Principii Vitalis, unde & lassitudo ad tantum sæpe pervenit gradum, ut inde emergant anxietates circa præcordia, respiratio difficilior & alia gravissima Symptomata.

§. XIV.

Signa ut operosa attingamus nulla certe urget necessitas, Diagnostica vel Pathognomica ipsa huius affectus *diversis* optima suppeditabit; Anamnestica ad curandam parum conferent, Prognostica autem si quædam sup-  
pe-



peterent, ita tamen forent comparata, ut vix fidem aliquam mererentur, cum Temperamentum Subiecti Sudore Sanguineo affecti tam aperte nobis haud pateat, ut præcise gradum motus Principii Activi accelerati, qui ad sudorem huncce producendum requiritur determinare sciamus, interim ubi nobis obversatur Subiectum quoddam Temperamenti maxime Accelerati, & quod Causis Occasionalibus motum huncce Principii Activi de novo acceleratum reddentibus afficitur, possibile est aliqua cum ratione præfagire laudatum effectum. Sit itaque hic terminus examinis Pathologici.

§. XV.

Vt nunc Therapiam ordine decenti & methodo aggre diamur tria potissimum omnis affectus curationi si rationaliter institui debet propria examinanda nobis incumbunt. Indicantia scilicet, Indicationes & Indicata. Quicquid alii loquantur de Indicantibus, mox partem affectam, mox ipsum affectum, mox alia pro Indicantibus venditantes, de quo B. Langius Operum suorum Part. I. Discursu Therapeutico p. 372. differit, mihi præ aliis id rationi videtur maxime consentaneum, solas indicare causas morbificas, utpote quibus legitima si opponantur remedia, etiam non facile Medicus spe sua decollabitur, sed potius eventus exoptatus desiderio suo respondebit. Harum itaque Causarum in ipso affectu operantium duæ supra memoratæ occurrunt, Remota vel Antecedens & Proxima seu Immediata & tot etiam formandæ erunt, Indicationes. Ex Causa videlicet proxima, quæ est motus Principii Activi summe acceleratus talis emergit Indicatio: motus Principii Activi summe acceleratus proportionaliter & convenienter est compescendus; ex Antecedente vero: Vitium Humoribus per remedia conditioni suæ opposita legitime alterandum atque convenienter eliminandum.



## §. XVI.

His præmissis facile erit secundum fundamenta in antecedentibus pagellis delineata Therapiam instituere. Multæ profant observationes testantes quod contraacrimoniam sanguinis omnium generis Medicamenta fortiora, Vomitoria, Purgantia, Alexipharmaca &c. fuerint proficua, v. c. Salia Fixa & Volatilia, C. C. Succini, Vipera- rum, lumbricor. terrestrium, Vrinæ humanæ, Spirit. Bezoard. Busii, Tinct. Bezoard. D. Mich. Liq. C. C. succina- tus, Spir. C. C. essentificatus & alia, de quibus vid. Lang. Oper. Part. III. p. 471. seqq. interim mihi hæc omnia cum Inducantibus præsentis affectus haud conspirare, sed potius utrique & Antecedenti & Proximæ Causæ e diame- tro contrariari videntur, cum & partes Salinas antea in corpore excedentes materialiter augeant, & vi calefacien- di, quæ ipsis inest nimis vehementer in Princip. Vitale in motu irregulari jam tum constitutum agant, quamvis itaque contingere possit, ut quandoque affectum tollant, alios tamen æqualiter si non sæpe periculosiores morbos introducere aptissima sunt, cujus generis omnes morbi sic dicti acuti & maligni. Hoc ut evitetur, & certius ægro restitutio promitti queat, videbimus, quomodo se- cundum Indicationes ex Causis rite formatas ex fonte Pharmaceutico procedendum. Quoad proximam ergo Causam motum Princip. Act. summe acceleratum ratio- naliter applicantur quævis Paregorica & Hypnotica Cro- cata, Papaverina &c. his convenienter exhibitis Vitium Principii Vitalis in motu nimio consistens emendabitur & per consequens ipsi affectui frenum injicietur. Quoad Causam Antecedentem si peccant in excessu partes Salinæ omnia Temperantia, Absorbentia, Alterantia, Præ- cipitantia & quocunque demum nomine incedant, con- veniunt. Nota tamen insimul, quod cum Salia diversi sint generis etiam summe necessarium sit probe expiscari, quæ-



quænam maximam partem ad hancce conferant acrimo-  
niam. Media ad differentiam cognoscendam non melio-  
ra erunt, quam quæ ipsi sensus externi ostendent, cum  
Salia acida in maiori motu constituta foetorem insignem  
communiter spirent; acria per erosionem cutis ipsius ægri  
& linteorum sese manifestent, Salsa autem ubique ferme  
pungentem & prurientem in cute dolorem habeant con-  
iunctum. Vt itaque nunc corrigatur hocce vitium, con-  
tra Salia Acida loco omnium alias consuetorum alcalico-  
rum consultum mihi videtur refugere ad Concreta du-  
riora Lapidosa ex triplici Naturalium R. desumpta, cu-  
ius farinae sunt Crystallus mont. Conch. ppt. dens  
Hippopot. Ungula alcis, mater perlar. Corallia rubra &  
alba, Unicornu verum & fosfile & alia plura. Si Salia Sal-  
sa abundant terrea puriora v. c. C. C. S. Igne, Ebur, terræ  
sigill. usum suum præstant, additis simul fluidis sufficienti-  
bus calidis, ut & in tantum euporistis, inter quæ potus  
hodie notissimus Thee & Coffee non contemnendus. Sa-  
lia tandem acria sibi exposcunt gelatinosa & glutinosa  
quævis, mandibulas lucij piscis, terram Strigon. & alia, ut  
non minus calida fluida, Diluentia. Recensita remedia  
combinata ægro intermixtis simul fluidis bis communiter  
de die in forma pulverum propinantur, post decursum  
aliquot dierum abstinetur ab usu alterantium & tempe-  
rantium, & conveniens aliquod Catharticum vel in for-  
ma pillul. vel etiam guttul. aut Decocti pro palato ægro-  
tantis porrigitur v. c. ex Diagryd. Rad. Jalapp. Essent. Cathol.  
purg. Extracto Rhabarbari. G. G. Decoct. fol. Sen-  
næ S. S. Extract. Cathol. maj. & min. quo assumto fluida  
convenientia superbibenda. Post hæc intermissio uno  
alterove die de novo Alterantia & Digerentia superiora  
vel simpliciter vel combinatis simul Paregoricis in usum  
trahuntur, & Catharticum tunc eodem modo usurpatur,

ni ... .. non IC 3 . . . . . hac-



hacque ratione tamdiu continuatur, donec vitia Humorum in tantum magis videantur emendata.

## §. XV.

Ex Fonte Diætetico itidem curatorie & præservatorie omnia illa observanda, quæ Indicationibus secundum causas formatis correspondent, aër probe sit temperatus videlicet nec ad calorem nimium nec frigus inclinans sibi feligantur *εὐπεπτοι* & *εὐχυμοι* facilioris concoctionis & multi Chyli ob præsentem semper defectum Principii Activi; gelatinosa præcipue in horum censum merito cooptantur, ut caro vitulina, leporina, gallinarum, Decoctum Hordeaceum, de Cremore avenæ &c. exulent ex adverso omnia acriora Salina aromatisata S. V. & Vinum ipsum generosius, motus corporis sit moderatus, in somno & vigiliis exactum observetur regimen, excretiones quæcunque ad stimulum naturalem promte absque repugnantia instituuntur, ante omnia autem ingressui pathematum animi tristitium ingratorum & Princip. Activum in motu suo turbantium obexponatur. Ad Fontem Chirurgicum ordo nunc postulat ut veniamus cum autem sudor cruentus affectus sit internus hic omnino abit *δούβολοι*. Et sic cura Sudoris cruenti tanquam affectus primarius considerato secundum fundamenta & Pathologica & Therapeutica tradita erit.

## §. XVI.

Longe alius autem modus procedendi tunc locum habet, si Sudor cruentus præsentem jam aliquo affectu tanquam Symptoma supervenire solet, ut v. c. in vomitu maligno, febribus ardentibus malignis, petechialibus & in ipsis tandem moribundis. Quando enim in morbis malignis ubi vel incipit vel etiam ad statum prope processit Resolutio M. S. contingit hicce affectus, tunc ratione vitii Humororum in partium Salinarum abundantia consistentis hoc notandum, quod non re vera partes Salinae in

M. S.



M. S. superflua existant, sed saltim ut loquuntur apparen-  
ter, h. e. quia per motum nimium Principii Vitalis in crasi  
sua M. S. turbata & partes Constitutivæ a se invicem dis-  
junctæ fuerunt per efflorescentias & alias excretiones et-  
iam partes Salinæ reliquæ sui iuris factæ, quæ nunc maio-  
rem vim Principii Vitalis motum accelerandi possident,  
& sic Sudoris Sanguinei & aliorum Symptomatum origo  
existunt, tunc itaque male rem ages, si Catharticus, ut in  
supra nominato affectu utaris, loco enim curationis cum  
materia peccante ipsam vitam expelles, obveniendum est  
adverso est affectui primario scilicet Resolutioni M. S. &  
partes a se invicem segregatæ combinandæ, cui scopo in-  
ferviunt omnia gelatinosa & glutinosa additis simul pro-  
portionali in quantitate Paregoricis. Et hac legitime ob-  
servata methodo quivis Sudorem cruentum & sui & ægri  
ratione sat cito & jucunde curare poterit.

§. XIX.

Hæc itaque paucula sunt, quæ in pagellis præsentibus  
pro virium mearum modulo differere placuit. Si  
multa, ut facile concedo, ad palatum Lectoris non ac-  
commodata, lubentissime facultatem quicquid velit de  
ipsis sentiendi relinquo, & si me meliora docuerit, non  
promptas modo præbebo aures, sed & grates decentes ipsi  
habiturus sum; quas ipsas humillimo ex affectu Numini  
benignissimo allego, quod gratia sua mihi adesse, fanita-  
tem & vires largiri, laborique huic exoptatum dare  
voluerit

F I N E M.

S. D. G.



Atque hinc patet quod si quis aliquid  
 in rebus suis fecerit quod ad  
 alios non pertinet et quod ad  
 ipsius utilitatem non spectat  
 sed ad aliorum utilitatem  
 et ad utilitatem civitatis  
 et ad utilitatem regni  
 et ad utilitatem ecclesie  
 et ad utilitatem universalem  
 et ad utilitatem omnium  
 et ad utilitatem salutem  
 et ad utilitatem pacem  
 et ad utilitatem concordiam  
 et ad utilitatem unitatem  
 et ad utilitatem fraternitatem  
 et ad utilitatem caritatem  
 et ad utilitatem misericordiam  
 et ad utilitatem pietatem  
 et ad utilitatem iustitiam  
 et ad utilitatem veritatem  
 et ad utilitatem scientiam  
 et ad utilitatem sapientiam  
 et ad utilitatem gloriam  
 et ad utilitatem honorem  
 et ad utilitatem potestatem  
 et ad utilitatem auctoritatem  
 et ad utilitatem reverentiam  
 et ad utilitatem respectum  
 et ad utilitatem timorem  
 et ad utilitatem fidem  
 et ad utilitatem spem  
 et ad utilitatem caritatem  
 et ad utilitatem pacem  
 et ad utilitatem concordiam  
 et ad utilitatem unitatem  
 et ad utilitatem fraternitatem  
 et ad utilitatem caritatem  
 et ad utilitatem misericordiam  
 et ad utilitatem pietatem  
 et ad utilitatem iustitiam  
 et ad utilitatem veritatem  
 et ad utilitatem scientiam  
 et ad utilitatem sapientiam  
 et ad utilitatem gloriam  
 et ad utilitatem honorem  
 et ad utilitatem potestatem  
 et ad utilitatem auctoritatem  
 et ad utilitatem reverentiam  
 et ad utilitatem respectum  
 et ad utilitatem timorem  
 et ad utilitatem fidem  
 et ad utilitatem spem  
 et ad utilitatem caritatem

100

Et hinc patet quod si quis aliquid  
 in rebus suis fecerit quod ad  
 alios non pertinet et quod ad  
 ipsius utilitatem non spectat  
 sed ad aliorum utilitatem  
 et ad utilitatem civitatis  
 et ad utilitatem regni  
 et ad utilitatem ecclesie  
 et ad utilitatem universalem  
 et ad utilitatem omnium  
 et ad utilitatem salutem  
 et ad utilitatem pacem  
 et ad utilitatem concordiam  
 et ad utilitatem unitatem  
 et ad utilitatem fraternitatem  
 et ad utilitatem caritatem  
 et ad utilitatem misericordiam  
 et ad utilitatem pietatem  
 et ad utilitatem iustitiam  
 et ad utilitatem veritatem  
 et ad utilitatem scientiam  
 et ad utilitatem sapientiam  
 et ad utilitatem gloriam  
 et ad utilitatem honorem  
 et ad utilitatem potestatem  
 et ad utilitatem auctoritatem  
 et ad utilitatem reverentiam  
 et ad utilitatem respectum  
 et ad utilitatem timorem  
 et ad utilitatem fidem  
 et ad utilitatem spem  
 et ad utilitatem caritatem

FINE

2 D G





01 A 6576

ULB Halle 3  
002 931 664




TAOC


Sb.











NAVGVRALIS MEDICA,  
DE  
**RE SAN-  
INEO,**

QVAM,  
DIVINO NVMINE  
ET  
TATIS MEDICÆ CONSENSV,  
A E S I D E  
AELE ALBERTI,  
VSSIÆ CONSILIARIO AVLICO,  
NATVRAL. PROFESSORE PV-  
D, ACAD. CÆSAR. NAT.  
S. COLLEGA,  
DECANO SPECTATISSIMO,  
OTORE SUO SUMMOPERE  
NERANDO,

**ICENTIA**

ca Honoribus, Insignibus ac Pri-  
orum Solenni obtinendis,  
& pomeridianis  
XIX. D. AVG.  
utilationi submitter  
RESPONDENS  
nfried MANITIVS,  
erwitz Lufatus.

PHANI ORBANI, Acad; Typograph.

